



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Fanensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)



FANENSIA.

AD S. FRANCISCVM

DVCISS. BIANCAE.

Clarapudicitia dux PAVLA Bianca, potens
A genitrice trahens Vrsini sanguinis ortum,
Cui patrium Malatesta genus, celsumq; maritum.
Pandulphum aula dedit, formæ splendoribus omnes.
Vincens, atq; viros summis virtutibus equans,
Hic cineres liquit, celeremq; petiuit olympum.

Obiit anno M. C C C. XCIII. in festo
D. Antonij.

IN FORO MAIORI.

GREGORII XIII. æternæ memoriae, ductum
crateremque fontis, insignibus ornatum, fides FA-
NENSIVM dicauit, anno M. D. LXXVI. Benedi-
cto Buccantio Patrit. Romano Fanum gubernante.

Decuit sanè perennes latices GREGOR. XIII.
Pontif. Max. Senatum Fanensem pro sua fide cul-
tuque in foro dedicare, cum ipse orbi se se Reli-
gionis iustitiæ, Pacis fontem inexhaustum præ-
stet.

IN CATHEDRA IUDICIS.

SVB GIGANTE PORTANTE COELVM
in humeris.

Non leuius fert pondus optimus Senator.
Loquuntur multi; pauci dicunt.

AD

AD CAMILLI.

*Iustitiam, rectumq; sequi, monstrante CAMILLO,
Discite: sitq; dolo vincere, turpe viris.*

ITEM.

*Impietas pietate noua depulsa parentis,
Pro patria in patriam nos docet esse pios.*

ITEM.

*Pugnant ter gemini per mutua vulnera fratres,
Afferere Imperium non sibi, sed patriæ.*

ITEM.

*Propatria certamen obi, tibi candidus ales
Fiet, opemq; feret, sit licet ipse niger.*

ALIVD.

*Mollit, agit, necritq; aures facundia; sed non
Labem animi eloquio tollere lingua potest.*

PERVSINA.

IN PERVSIAM IVL. CAES.

SCALIGER.

Sanguinea audacia conata PERVSLA ferro,
Tanquam hosti temerè sapè inimica suis.
Partibus Imperium, vitales partibus auræ.
Colligit, iniurias partibus atra DEOS.
Vt tibi sic odio que te partiris amaro.
Est, que non toto est corpore tota, nihil.
Quin etiam fera iura tui scripsere coloni:
Qua iubeant tetas semper habere manus.

H. *

Vestræ.